

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 69. Inter ambos Legatos Pontificis jussu amicitia per Vicecomitem  
restituta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Patres rogabat, ut erga Episcopos, qui Sæcul. XVI.  
etiam ad breve tempus, suisque limiti- A.C. 1502.  
bus circumscriptum a Synodo abesse  
petunt, in concedenda ejusmodi venia  
se se admodum difficiles exhibeant, ne  
vero illi quocunque hujusmodi facul-  
tatis prius concessæ diploma obtendere  
valerent, hinc Papa omnes licentias e-  
tiam a semetipso datas revocabat, di-  
fertisque verbis Legatis injungebat,  
ut & ipsi hac in re suam conferrent  
operam.

§. LXIX.

*Inter ambos Legatos Pontificis jussu  
amicitia per Vicecomitem re-  
stituta.*

Præterea Archiepiscopo Lancianensi *Pallav. n. c.*

commissa erat quædam ad Viceco-  
mitem epistola, in qua summus Ponti-  
fex huic tria commendabat capita,  
quorum primo petebat, ut Vicecomes  
sedulo investigaret, qua ex caufsa dis-  
sensio inter Cardinalem Mantuanum,  
& Simonettam ortum traxisset. II. Ex-  
aminare jubebatur, quisnam ex illis in-  
juste alterum offendisset. III. Utrius-  
que reconciliationi operam suam im-  
pendendi cura illi demandabatur. Ad  
primum respondit Vicecomes, originem  
dissensionis ex residentiæ controversia  
descendisse: circa secundum vero dixit,

*Hist. Eccles. Tom. XLV.*

K quod



**Sæcul. XVI.** quod Borromæus Cardinalis, cum po-  
A.C. 1562 stremam unius apologiam, necnon al-

terius literas perlegisset, melius defu-  
per judicium ferre posset, quis eorum  
reus foret. Denique ad tertium repo-  
suit Vicecomes, quod plenam reconci-  
liationem a Simonetta obtinendam spe-  
raret; cum hic ingenio mansuetus, pa-  
cisque studiosissimus esset, suoque socio  
nobilitatis prærogativa inferior: de ce-  
tero autem majorem aversionem a se  
metui inquietebat Vicecomes in Mantua-  
no Cardinale, cum is honoris sui tena-  
cissimus existeret, seque offensum cre-  
deret. Nihilominus Vicecomes hoc re-  
conciliationis negotium aggredi cæpe-  
rat, opera usus Olivæ, qui Mantuano  
Cardinali a secretis erat: Itaque cre-  
bra cum illo miscebat colloquia, ipsum  
que etiam Borromæum consultabat, an  
utriusque Legato eas literas, quibus jus-  
sus fuerat Sanctitati suæ denuntiare,  
quisnam eorum reus esset, ostendere ex-  
pediret, vel potius conduceret, ut Pon-  
tifex Simonettæ Cardinali per Alexan-  
drum ejus fratrem tum Romæ agen-  
tem, Mantuano autem per Cardinalem  
Gonzagam ejus Nepotem significaret,  
eiusmodi reconciliationem a Sanctitate  
sua exoptari: His addidit, Althempsum  
Cardinalem, Papæ Nepotem utpote u-  
triusque Socium sat idoneum videri,

ut

ut hujus dissensionis arbiter inter u- **Sæcul. XVI.**  
 trumque esset: Ceterum Oliva, qui **A.C. 1562.**  
 Cardinali Mantuano erat a secretis, que-  
 rebatur, quosdam Præfules Tridenti  
 exstisit, qui ejus Domino tam li-  
 teris, quam sermonibus debitam ex-  
 hibere reverentiam neglexissent, quos  
 tamen Simonetta blandius habuisset,  
 porro inter ceteros Vicecomiti præcipue  
 denuntiabat Episcopos Cavensem, Hi-  
 striensem, seu Justinopolitanum, Pom-  
 pejum Zambeccarum, Sulmonensem,  
 Bartholomæum Serigum Cretensem,  
 & Castellomarinum *quorum quis-*  
*que præter communes patriæ suæ artes*  
*etiam dotes addiderat illas, quæ Curiæ*  
*Romanæ genio, atque astutiæ sunt pro-*  
*priæ; hi ergo Simonettæ animum con-*  
*tra Mantuanum magis accendere non*  
*cessabant (\*)*. Verum Vicecomes Si-  
 monet-

---

(\*) Hoc protervum contra tot Viros illu-  
 stres convitum ex Sarpio a Continuatore mu-  
 tuatum jam confutabat Pallavicinus his ver-  
 bis: Hic materiam sibi conquirit Suavis ad  
 suam fabulam extruendam . . . . ast duo sa-  
 tis admirari nequeo; alterum, quo pacto is,  
 qui momum egit Christianæ Reipublicæ in  
 carpendis viris præclarissimis, qui Sanctimo-  
 nia, virtute, doctrina, prudentia, & imperio,  
 sæculo superiore præfulserunt, ore nonnisi

**Sæc. XVI.** monettam excusans reponeret, quod  
**A.C. 1562.** is haud immerito eam agendi rationem  
 cum hisce Præfulibus tenuisset, cum il-  
 lorum opera indigeret ad retundendam  
 in cœtibus quorundam Episcoporum  
 audaciam.

## §. LXX.

*Emendationis articuli in Congrega-  
tionibus examinati.*

**Pallav. l. 17.** Porro in Congregationibus, in quibus  
**c.9. n. 1.** reformationis articuli examinabantur, præcipue proponebatur caput de Sacerdotum numero: quorumdam enim Patrum sententia eo abibat, ut eorum numerus ad illos duntaxat coarctaretur, qui Ecclesiasticis proventibus provisi cujusdam Ecclesiæ Ministerio deputati sunt: Ita sentiebat Ægidius Foscararius Mutinensis Episcopus, qui hanc in rem Chalcedonensis Concilii Canonem juxta textum Græcum allegabat,

aut ad deridenda, aut ad mordenda illorum nomina aperto, audeat confidenter aliorum facetias reprehendere, simulque eorundem patrias lædere, Boniam, Neapolim, Venetias, hoc est Italiam, & orbis civitates in primis egregias. Alterum, quod scribens idem res Tridenti gestas, quæ in famæ luce super sunt, narret tanquam frequenter accidens id, quod ne semel quidem contigit.